

Band VII., Nr. 2043, Seite 6-7

Äbtissin Adelheid und Kapitel des Stifts Buchau bestätigen die von dem verstorbenen Stiftsmaier Ludwig in Ertingen durch die Hände der damaligen Äbtissin von Baumburg unter der Verpflichtung zur Zahlung eines Pfunds Wachs jährlich an das Stift geschehene Schenkung einer Wiese in dem Riet bei Ertingen, Maier Ludwigs Wiese genannt, an das Kloster Heiligkreuztal.

Buchau, 1269. Januar 13.

Omnibus hanc paginam inspecturis nos Aidilhaidis abbatissa totumque capitulum monasterii in Büchowe Constantiensis dyocesis reigeste notitiam cum salute. Ne res geste prout debent calumpnie subiaceant in futurum, expedit, ut litterarum testimonio fulciantur. Eapropter noverint universi, quod cum vir discretus quondam Ludewicus villicus noster in Ertingen ecclesie nostre famulus eo tempore, quo soror Irmengardis monialis Vallis Sancte Crucis ordinis Cisterciensis Constantiensis dyocesis sua filia naturalis in dicto monasterio se regulari obsequio et obedientie mancipavit, pratum situm in dem Riet prope Ertingen dictum maier Ludewiges wiese sibi proprietatis titulo pertinens^a per manus venerabilis domine abbatisse dicte de Buwenburch¹, que eodem tempore nostrum monasterium sine quovis obstaculo gubernabat, consensu et voluntate omnium quorum intererat concurrente monasterio Vallis Sancte Crucis necnon . . . abbatisse et sororibus inibi constitutis solle[m]pni tractatu et consensu predicte domine . . . abbatisse suique capituli scilicet nostri monasterii prehabito et, ut nobis constat certo certius, voluntate unanimi concurrente sub annuo censu, scilicet una^b libra cere, nostro monasterio persolvendo tradiderit et donaverit cum omni iure et libertate perpetuo possidendum, renuntians pro se et suis heredibus universis omni iuri actioni exceptioni defensionis omnique subsidio, prout nos relatione veridica didicimus, dicti prati possessionem vacuum absolute extunc in ipsum monasterium Vallis Sancte Crucis propter deum simpliciter transferendo, nos, cum

^aVerschrieben: *pertinentem*.

^bDas Wort *una* ist mit anderer Tinte später eingesetzt.

¹Eine Äbtissin Mathilde von Buchau, die nach JOHANN EVANG. SCHÖTTLE: Geschichte von Stadt und Stift Buchau samt dem stiftischen Dorfe Kappel: Bilder aus Alt-Buchau, Waldsee 1884. [ND Freiburg 1866 und ND Bad Buchau 1977], S. 307, eine „*Baroness von Büenburg*“ war, d.h. zum Geschlecht der Dienstmannen von Buwenburch, Baumburg, gehörte, kommt urkundlich in den Jahren 1229–1265 vor, vgl. WUB, Bd. VI, S. 148, S. 281 und S. 513. Nicht auszuschließen ist, dass es sich um zwei Äbtissinnen von Buchau dieses Namens handelt.

II

nobis constaret, dictam donationem in omnibus et simpliciter fore legitime consummatam, quia in nostrum opprobrium deberet et posset non immerito redundare facta personarum nostri monasterii, que nos precedebant, saltem in modico denigrare, sepe dictam donationem protestamur et confitemur debere robur inexpugnabile obtinere, ipsam ex superhabundanti iterato super hoc communi tractatu et sollempni prehabito et voluntate omnium concurrente donationem rite factam presentibus confirmantes, contente de censu, videlicet una^c libra cere, quem dicta abbatissa suusque conventus monasterii Vallis Sancte Crucis monasterio nostro in festo purificationis virginis gloriose ex condicto prime donationis per nos postmodum acceptato, eo quod dictum censum singulis annis semper receperimus a monasterio supradicto, in perpetuum de anno in annum solvere tenebuntur. In cuius facti robur perpetue firmitatis presens instrumentum exinde confectum . . . abbatisse et conventui monasterii prelibati porreximus pro testimonio et cautela sigillis, nostro scilicet . . . abbattisse et nostri capituli, communitum.

Actum et datum apud Bûchaugiam, anno domini MCCLXIX., idus Januarii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Das spitzovale Siegel der Äbtissin Adelheid von Buchau, 44, 29 mm, (III. A. 2. b): Die Äbtissin auf einem mit Tierköpfen verzierten Stuhl sitzend, mit der Rechten ein geschlossenes Buch vor die Brust, in der Linken einen Palmzweig haltend; Umschrift: + *Sigillum* . ADELHAIDIS • *ABBatissE* • BVOCHAVGENSIS. Vom zweiten Siegel nur noch die Einschnitte im Pergament.

^cDas Wort *una* ist mit anderer Tinte später eingesetzt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 457 U 634

Regesten:

UB Heiligkreuztal, Nr. 56.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Buchau

Ortsindex:

Bad Buchau Wohnplatz (17062)

Bad Buchau, BC

Ertingen Wohnplatz (17264)

Ertingen, BC

Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)

Heiligkreuztal, Altheim, BC

Hundersingen : Herbertingen SIG

Hundersingen Wohnplatz (21067)

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN